



**Jus Canonicvm R.P. Pavli Laymanni, Soc: Jesu Theologi, Et
Olim In Alma Et Episcopali Academia Dilingana SS.
Canonum Ordinarii Professoris**

Juris Canonici A. R.P. Paulo Laymanno Societatis Jesu Theologo SS.
Canonum In Alma, Catholica, Et Episcopali Universitate Dilingana
Professore Qvondam Ordinario, Prælectionibus Academicis Illustrati

Laymann, Paul

Dilingæ, 1673

Capitvlm XVIII. Intimauit.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-62587](#)

publicatis testificationibus noui testes , aliaeque probationes super iisdem articulis recipiuntur , vt in causâ matrimoniali , quæ ne latâ quidem sententia transire censetur in rem judicatam propter animæ periculum , si vel separarentur , qui legitimè copulati sunt , vel copularentur , qui legitimè copulari nequeunt , vti dixi in c. Iuravit. 6. de prob. & docet Gail. cit. obseru. 105. n. 5. cædemque ratione in causis criminalibus locus non est regulæ huic ex parte Reiz cùm respectu ipsius , vt ad innocentiam suam ostendendam admittatur , nunquam in causâ conclusum censeatur juxta l. unius 18. §. Cognitum. ff. de quaest. vbi dicitur , quod defensionem quoconque tempore postulante reo negari non oportet. Vide Gail lib. I. obseru. 107. n. 11. sed & judex ex officio post publicaras attestations & conclusionem in causâ , antequam sententia lata sit , interrogations ac positiones formare & testes recipere potest , quatenus necessarium videtur ad pleniorum & perfectam causa cognitionem juxta c. Cùm Ioannes. 10. vbi Felinus n. 11. de fide instrum. Gail. cit. obseru. 107. n. 6. similiterque ad instantiam partis vtriusque testes de novo recipi nihil prohibet , cum partes suo fauori renuntiare possint. Argum. I. Si quis 29. Cod. de pa-
etia. & docet Gail. cit. obs. 105. n. 14. plures exceptiones videbis apud speculatorum tit. de teste. §. 8. Imolam hinc Gail I. c. Fari-
nac. q. 73.

CAPITVLVM XVIII.

Intimauit.

PARAPHRASIS.

Guilielmus Clericus jurare sibi fecit Capellanum Romani Presbyteri , quod testimonium , consilium , vel auxilium dicto presbytero aduersus ipsum Capellatum præstare nollet , hoc intelleto Alexander III. respondit , si testimoni depositiones publicatae non sint neque renuntiatum , tunc tam ij , qui juramentum illud

ediderunt , quam alij idonei testes admittantur.


SYMMARIVM.

1. Testificari compellitur , qui jurauit se non testificaturum , supposito , quod judex habeat jus examinandi testes , seu quod juridice interroget.

NOT. Vn. Ad testimonium ferendum aliquis compelli potest , non obstante , quod jurauerit se non testificaturum . ratio est , quia lex charitatis obligat ad testimonium ferendum pro proximo , imò etiam lex justitiae , si superior jubeat , vti docui c. I. hoc tit. cùm itaque testimonium negari non possit absque peccato & quidem ex genere suo mortali , consequens est , quod juramentum de non testando seu veritatecelandâ obligatorium non sit , ideoque nec seruandum. c. Constat. 14 hoc tit. & c. Olim 26. de accusat. nam juramentum non est vinculum iniuritatis. c. Quanto 18. nec est obligatorium contra bonos mores prestatum juramentum Reg. 88. in 6.

Supponitur autem , quod judex jus habeat testes examinandi , seu quod juridice interroget , videlicet præcedentibus sufficientibus indiciis , si loquamur de causâ criminali , sin autem crimen occultum sit , id est indiciis sufficientibus non proditum , licet duobus vel tribus notum sit , hoc casu non debet aliquis de eo testari , teste S. Thomâ 2. 2. q. 70. art. 1. nisi sit pernici-
sum in futurum , aut nisi agatur secundum denuntiationem charitatiuam vel canonica-
m ad tollendum peccatum aut animæ
periculum , v. g. si aliquis jubeatur depo-
nere de commissio incestu cum duabus con-
sanguineis in 1. aut 2. gradu eò tantum
fine , vt nuptiæ cum alterâ impediatur
aut dirimantur tanquam irritæ juxta ea ,
qua docet Suar. lib. 3. D. 13. & dixi
lib. 3. Theol. mor. Tratt. 6.

cap. 4. q. 4.



Cap.